

CAPUT VIII.

DE MIVIS.

Miva species est Syrupi viscido-crafsioris, ex succis, vel decoctis, melle, five saccharo confecta.

MIVA CYDONIORUM SIMPLEX.

R. Succi Cydoniorum depurati, . libras duodecim.
Coque igne lento in vase fictili vitreato ad remanentiam librarum sex, in quibus dissolve

Sacchari albi, . . . , . libras tres.

Clarificentur, & coquantur ad syrupi crafsioris consistentiam, dein cola, ac repone ad usum.

Stomachum roborat, vomitum sistit, & alvi profluvii prodest.

Dosis ab uncia una ad uncias duas.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA.

R. Succi Cydoniorum depurati, . viginti libras.
Sacchari albi, libras sex.

Coquantur, & clarificentur secundum artem, ad Syrupi spissioris consistentiam, cui extra ignem, iufusio sequens addatur.

R. Cinnamomi electi, . . . } ana drachmas tres.
Cardamomi majoris, . . . }
Caryophyllorum, drachmas duas.
Zingiberis, . . . }
Mastiches, . . . } ana drachmam unam, & semis.
Macis, . . . }

Ee

Ligni Aloes, feu Santali Citrini,
 drachmas duas & femis.

Croci, drachmas duas.

Omnia, præter Crocum, levitèr contusa injiciantur in
Vini albi optimi, libra una.

In vase clauso, & loco tepido per viginti quatuor horas infundantur, postea cola, & exprime; liquor expressus cum Miva optimè misceatur, & ad usum reponatur.

Validiores habet vires quam præcedens.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam & semis.

CAPUT IX.

DE SYRUPIS.

Syrupi sunt medicamenta liquida ex decoctis, infusionibus, succis, sive aliis liquoribus saccharo confecta, ad mellis liquidi consistentiam redacta.

SYRUPUS Scelettrbicus.

R. Succi defœcati Cochleariæ, } ana libram semis.
Becabungæ, }
Sacchari albi, libram unam.

Clarificato Saccharo, & ad debitam consistentiam per-
ducto, succos paulatim affunde, & levi ebullitione ad
justam spissitudinem redige.

Ad scorbuticas affectiones superandas plurimum valet.

Dosis ab uncia una ad unciam unam & semis.